



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Collegiis Canonicorum Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasque Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Sancti Petri Collegivm Louaniense in Brabantia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

SANCTI PETRI COLLEGIUM  
*Louaniense in Brabantia.*

**T**emplum Diui Petri in vrbe media Louanienſi condidit *Lambertus primus* Comes Louanienſis. Idem & Canonicos inſtituit: etſi alij ad filium eius *Lambertum Baldericum* referunt, qui etiam Bruxellæ in B. Gudilæ collocauit. Certè iſte decimas agri Louanienſis ijs legitur adſignaffe. Initio ſeptē fuerunt, ijque fratres primò appellati; mox Domini, ad diſcrimē minorū, qui acceſſerūt. Nā vt erat maiorū pietas, quidam èt è priuatis opes ſuas huc contulerunt, & augendo collegio Canonicatus inſtituerunt. inter quos vnū *Simon Grindelius*, è Patricijs anno CLXIV. & poſt 24. annos alium, *Godefridus* Prætor Vr- bis. Alios deinde (nam ad octodecim perue- nerunt) aut duces ipſi noſtri, aut item ciues. *Godefridus* quidem primus Dux legitur duos inſtituiſſe, anno CXL. Sed diſcrimen ta- men erat, vt tetigi: quod illi primi ſeptem o- pibus præminebant, & decimas ſoli poſside- bant; donec anno CCC. XI. ſponte illo- rum, minores in diuiſionem admiſſi, & fic æ- quales omnes facti. Spontè, inquam: & ô miram raramque benignitatem! nam iure laudanda eſt: & hoc æuum, vereor, exempla non donet. Sed hi Canonici: quibus Præpoſi- tus etiam, præter decanum, velut caput præ- eſt,

est, magna dignitas, & olim non nisi in Principum aut procerum filios collata. Notantur rectè ex ducum nostrorum liberis, item è Lucemburgensium, alijsque. adhæret dignitati honos, quòd is à nouo Principe, quoties auspicia imperij suscipit, iuramentum solenniter exigat, capiatque: in quo & Aduocatos se Canonorum Diui Petri fore profitentur. Equum deinde Principis, cui insidit, donatiuum habet: quem tamen olim Cantor vindicabat, & is inter eos fuit. Est nunc in hac dignitate, vir ea & alia dignissimus, Diuus Georgius Austrius: qui ipso nomine inclytum genus prodit, & virtutes pro genere habet. Amorem certè & cultum studiorum que laudatissimi illius Maximiliani Primi nepotem decent.

## SANCTI IACOBI COLLEGIUM

*Louaniense.*

**S**ANCTI IACOBI templum habet collegium Canonorum, sed ex translatione. Primitus enim Dicuriæ in Gallo-Brabantia fuit: agente autem apud Aricolaum Quintiū Pontificem Duce nostro *Philippo Bono*, anno CCCCLVI. huc est translatum. Mouit eū, opinor, solitudo aut inopia opidi, sic etiam attollendi: mouit & Academiæ adspex, quam Canonici decorè colerent, & ipsi ab ea excolerentur.

Ita Lipsius in descriptione Louanij.